



**Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo**

**Zype, Frans van den**

**Antverpiæ, M. DC. XLV.**

Resp. III. De milite mutante locum ad tempus expeditionis, non  
præsidium.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](#)

dicta sunt, qui spurij & apatores, quasi sine patre, dicuntur. & prop-  
terea Celsus in. l. I.D. ad municipal.

<sup>4.</sup>  
Et qua nō  
sit vulgo  
quæsita.

cur vulgo quæsitus matris condi-  
tionem sequatur, quam enim, in-  
quit, aliam originem hic habet? &  
ibi glossa; ceriē nullam. si ergo ille-  
gitimus patrem habet, originem  
epus & conditionem sequi poten-  
tit. sed, vt id ex iure non dispute-  
mus; certa hic consuetudine in-  
ductum est, vt quæcumque illegiti-  
mæ proles à patre agnoscendæ,  
alenda, & educandæ sint, natae ex  
muliere, cum qua ille copulam ha-  
buisse se fatetur, vel probatur, illa-  
que patrem illum esse jurauit. &  
est assidua hic huiusmodi mulie-  
rum aduersus tales viros petitio,  
mille exemplis usurpata his verbis;  
vt proles pro suis agnoscant, ad se reci-  
piant, & pro suis deinceps alant.

<sup>5.</sup>  
Vel & illa  
per mores.

Eoque hic magis hæc sponsa pa-  
tris domicilio adscribenda fuit,  
quod tempore matrimonij con-  
tracti apud patrem morabatur;  
nec destinauerat positiuè ad ma-  
trem regredi: quod domicilio suf-  
ficit, cui nec refragatur intentio  
manendi dumtaxat, donec causa  
forte præbeatur mutandi. l. ciues.  
in verb. nisi quid auocet. C. de incol.  
l. 10.

Igitur sponsa vbi contraxit, do-  
miciolum habuisse censetur, aut, si  
non illud in summo rigore; saltet  
talem habitationem, mansione  
ue, que contrahendo matrimo-  
nio sufficiat, per ea qua deduximus  
latè in Consult. can. de sponsal. & mat.  
conf. 13.

Neque mouet, quod initio di-  
ctum est, de immutabilitate do-  
micilij originarij; seu quod con-  
suetudines A. habeant, quod ne  
quidem alibi nubens ( quod iure  
secus l. vlt. C. de incol. ) definit illic  
esse ciuis: quia leges intelligendæ  
sunt quad munera loci originis;  
vt subterfugere illa migrando non  
possit ciuis. cæterum luce clarius  
est, quod & alibi habitare, & do-  
miciolum constituere possit. l. 3.

4. 6. 11. §. fin. l. 17. §. patri & in-  
tit. D. & C. ad municip. & de incol.  
l. 10.

## RESPONSV M VII.

De milite mutante locum ad  
tempus expeditionis, non  
præsidium.

Centuria destinata est ad co-  
stadiam & præsidium flumi-  
nis N. distributa in diueras mu-  
nitunculas in ripis extructas, in-  
tra diuersarum parochiarum limi-  
tes: pars alio dedita ad limites  
alios custodiendos, dum conser-  
vatus; quo rursus in hybernare  
deunte illa ad prius præsidium re-  
dire solet: contraxit matrimonium  
miles coram parocho prioris suæ  
munitunculae; centuria cakrensi  
sacerdote carente, cum muliere,  
qua cauponariam exercet sub  
alia parochia, in præcipua mu-  
nitione centuriæ: nec fatis confat,  
an is in priori munituncula fue-  
rit assiduus; an alio deducitur ob-  
tentio commeatu in paucis dies ad  
priora redierit; vt matrimonium  
hoc contraheret: & nunc queri-  
tur an illud sit, validum, quæ non  
contra dictum coram parocho habi-  
tationis mulieris, nec fatis confat  
ad ipsæ tum in d. præsidio moratus  
fuerit, dum contraxit.

Necessitas quidem facultatem  
tribuit parocho administrandi pe-  
regrino sacramenta necessaria. c.  
z. x. de celebraz. sed matrimonij sa-  
cramentum necessarium non est. &  
propterea Concilium Trid. de n.  
farm. mat. s. 24. c. 1. celebrat illud Milie  
tantum permittit coram proprio libe-  
parocho habitationis. nisi contra trahe-  
bentes sint vagi. c. 7. ibid. quæs nō  
sunt milites. ut diximus confidit. b.  
z. conf. 7. quorum sacramentum va-  
gationi aduersatur: quamvis fre-  
quenter loca mutent; sed ex du-  
cum & centurionum iussu: dum dicunt

<sup>7.</sup>  
Mansionis  
mores.

<sup>8.</sup>  
Mutabili-  
tas.

dicunt hunc, vade, & vadit illi, ve-  
ni, & venit.

<sup>2.</sup> Quare & miles, qui in firmo præ-  
sidio est, habitationem imitatur, &  
fim præ-  
coram parochi præsidij matrimo-  
nium recte contrahit. l. 19. §. 2. &

3. De iudic. c. 3. de sepultur. in 6. l. 23.

3. 1. D. ad municipal. miles, inquit,

ibi domicilium habere videtur, vbi me-

ret: & ad scriptus munitionum

suarum glebae, cui datus est præ-

sidio. arg. l. 12. §. 23. & 37. quod

si autem ad exiguum tempus ali-

cubi subsistat, ut quasi per modum

transitus ibi sit; non censabitur

loci parochus illius proprius. d. l.

19. §. 3. & propterea per Concordia-

Delegati exercitus declarata-

fuit antiqua præsidia specula-

re ad Ordinarios locorum. & anno

1624. idem repetitum, adiecum-

que ab Ordinariis solis curam ani-

marum fixorum præsidiorū com-

mitti, excentes approbari, & fa-

cultates recipere debere: & ite-

rum, non licet parochi afixere mi-

litibus, seu personis de exercitu matri-

monium contrahere voluntibus, nisi tan-

quam præsidarij in corundem parocho-

rum parochijs resideant.

Sed dum mora est nec perpe-  
tua, nec momentanea; causa præ-  
sidij nec nata durare diu nimium,  
nec statim cessare, satis est perple-  
xa consideratio: ut in mortuo ad  
tempus deposito, aut in perpe-  
tuum sepulto, l. 4. l. 40. D. de reli-  
gio. & sump. fun. &, dum fundus  
legatur, cum ijs qui ibi erunt, in  
pecunia, quæ ibidem est feneran-  
di causa: l. 44. D. de legat. 3. aut  
præsidij: l. 79. §. fin. cod. ad tem-  
pus vel ad futuras necessitates: l.  
39. §. 1. D. de aur. & arg. leg. qui in  
villa est recreationis causa. d. c. 3.  
in academia studiorum: l. 2. C. de  
incol. nam si maiori parte anni ali-  
bi habitat, contrahere hic non po-  
test matrimonium: si morali mo-  
do æqualiter vtrōbique, poterit  
contrahere vtrōbique. ut casum  
vtrumque sèpius à Concilij In-  
terpretibus decisum referunt au-  
thores.

Igitur an miles eductus ex suo  
præsidio in aliam quasi expeditio-  
nem statariam ad custodiendos  
alios limites, per astatem duratu-  
ram, an ex quasi æquali ibidem ha-  
bitatione, seu manione, potuisse  
contrahere; non opus est ex facto  
recessurus  
hic disputare: sed hoc dum taxat, manente  
an obtento ad dies commeatu-  
versus ad priorem stationem, co-  
ram parocho suæ munitiunculæ?  
& dicendu videtur potuisse. quia  
centuria præsidia fluminis N. pri-  
mitus destinata retinebat: quam-  
uis rariorū milite: paucis inde nu-  
meris aliò ad tempus translatis,  
signis aquilisque ad flumen rema-  
nentibus: vbi merere censemur:  
quamvis annona & stipendia re-  
gia ad expeditionem aliò comi-  
tentur.

Sicut autem in patria possessio-  
nes habens, retinet nihilominus  
prius domicilium: d. l. 23. sic etiam  
d. Concordata. art. 1. & 2. Guber-  
natorem generalem, domesticos  
vtriusque sexus, corporis custo-  
des, nobiles, & alios inferiores in  
his partibus habentes suos Ordinarios, dum subijs, seu in domi-  
lio agunt; eosdem illis subiiciunt,  
dum in exercitu, Delegato.

Similiter censendum est mili-  
tem de quo quæritur, dum tem-  
poralem expeditionem ad tempus  
relinquit, reuersum ad præsidium  
centuriæ destinatum, quamdui  
centuria ibi hæret, meretque, re-  
tinuisse præsidariam munitiuncu-  
le habitationem, subiectiōnemque  
parochiale: & ad imitatio-  
nem ex villa reuersi, potuisse hic  
matrimonium contrahere; quam-  
uis illo contracto reuersurum ad  
numeris aliò ad tempus missos:  
adeoque matrimonium, de quo  
quæritur, valide fuisse contra-  
ctum.

De

Non vbi  
el per mo-  
dum tran-  
situs.

Quid vbi  
mora nec  
exigua est,  
nec datur.  
na?